Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Iudicium hic inuocat · quo sanguis martyrum exquiratur adn̄o, compeditos · apostolos qui propter xp̄m colligati incarcere dicit · et inexilio sunt damnati ⁊

Non contra illos sed pro illis rogatur ecclesia · septuplum perfectionem significat caelestis doni · quod accipimus quando sp̄s sc̄i inluminatione complemur ⁊ Improperium · id est fecerunt iniurias, dicant laudes nunc · fuerunt increduli · sint deuoti, extiterunt superbi · fiant humiles ⁊

Finis legis · xp̄s est ⁊ Asaph interpretatur colligens · significat xp̄m et ecclesiam · a quo omnes in fidem collecti inmutantur · id est de peioribus ad meliora, Deuetustate · ad nouitatem uitae ⁊

Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est · introeat in conspectu tuo gemitus compeditorū ⁊

Secundum magnitudinē brachii tui · posside filios mortificatorū ⁊

Et redde uicinis nr̄is septuplum in sinu eorum · improperium ipsorum · quod exp̄bauer̄ tibi dn̄e ⁊

Nos autem populus tuus & oues pascuę tuę · confitebimur tibi in sęculum ⁊

In generationem & generationem · adnuntiabimus laudem tuam ⁊

Filii mortificatorum · sunt fideles populi · per apostolorum prędicationem · in xp̄o regenerati ⁊

Propter innocentiam autem oues uocantur fideles · uel quia xp̄m pastorem habent, Recte oues dicantur · quae eius gloriam confitentes · in fidei firmitate permanserunt ⁊

In generatione · id est a prophetis, et generationem · hoc est in euangelius ⁊ semper adnuntiabantur laudes xp̄i ⁊

IN FINEM PRO HIS QUI COMMUTABUNTUR TESTIMONIUM ASAPH PSALMUS ⁊

Vox prophetę de aduentu xp̄i & de uineae · id est ecclę dilatatione ⁊